
INSTITUTIONUM,
ROMANO-HISPANARUM
TOMUS I.



SCULP.

JUSTITIA FIRMATUR SOLIUM. 1848

INSTITUTIONES
ROMANO-HISPANÆ
AD USUM
TIRONUM HISPANORUM ORDINATÆ
OPERA
JOANNIS SALA
PRÆPOSITI VALENTINI.

TOMUS I.

EDITIO SECUNDA.



VALENTIAE
EX OFFICINA FRATRUM DE ORGA.
M.DCC.XCV.
SUPERIORUM PERMISSU.


BIBLIOT de XAI REPOSI
Testament de B J SERBANO

PRÆFATIO.

Qui Hispanam Jurisprudentiam vel è vestibulo lustraverit, nullo negotio animadvertiset, maximam potioremque ejus partem in septem Partitarum Codice contineri: quia præterquam quod eo fine institutus fuit atque ordinatus, ut integrum juris nostri corpus esset; in eo elaborando & perficiendo tempus & studium, quod in ipsius præfatione legimus, impensum est. Hunc celeberrimum Partitarum Codicem, totum pene ex Romanorum jure fuisse confectum, ipsæ ejus leges demonstrant: eoque respiciens clarissimus earundem Glossator Gregorius Lopez, dixit in *gloss. 10. leg. 10. tit. 5. Part. 6.* non esse de earum intentione corriger Romanorum jura quando id non exprimunt: imo debere per illa suppleri, intelligi, & limitari. Si verum itaque amamus, Jurisprudentiam Hispanam super Romanam fuisse ædificatam, agnoscamus libenter.

Neque hæc juris nostri cum Romano harmonia, nostro dedecora: tum quia illius æquitas omnium fere populorum usu probata est: tum etiam quia in Romanis legibus vix ullam particulam ex iis quæ ad jus gentium spectant, desiderabis, quæ non sit apposite elegantissimeque proposita atque fulcita. Negari tamen haud potest, illas inutilibus subtilitatibus & scrupulositatibus in plerisque argumentis involvi atque implicari, etiam postquam Justinianus eas his sordibus purgare maximopere studuit.

Cum hæc ita sint, adduci non possum ut credam, probandam eorum sententiam, qui studium nostræ Jurisprudentiæ ab studio Romanæ penitus se jungendum existimant: maxime cum hæc regulas sententiasque habeat ubiores, quas in Hispania, dum



INSTITUTIONUM ROMANO-HISPANARUM LIBER I.

PROOE MIUM.

IN NOMINE DOMINI
NOSTRI JESU-CHRISTI.

IMPERATOR CÆSAR FLAVIUS JU-
STINIANUS, ALEMANICUS, GOT-
THICUS, FRANGICUS, GERMA-
NICUS, ANTICUS, ALANICUS,
VANDALICUS, AFRICANUS,
PIUS, FELIX, INCLYTUS, VI-
CTOR AC TRIUMPHATOR, SEM-
PER AUGUSTUS, cupidæ legum
juventuti S.

De usu Armorum & Legum.

Imperatoriam majestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, ut utrumque tempus, & bellorum & pacis recte possit gubernari: & Princeps Romanus non solum in hostilibus præliis victor existat, sed etiam per legítimos tramites

Tom. I.

*calumniantium iniquitates expel-
lat, & fiat tam juris religiosis-
simus, quam vietiis hostibus trium-
phator (magnificus).*

De bellis & legibus Justi- niani.

1. *Quorum uiramque viam cum
summis vigiliis, summaque pro-
videntia, annuente Deo, perfe-
cimus. Et bellicos quidem sudo-
res nostros Barbaricæ gentes sub-
juga nostra redactæ cognoscunt, &
tam Africa, quam aliæ innume-
ræ Provinciæ post tanta tempo-
rum spatia, nostris victoriis a cœ-
lesti Numine præstitis, iterum di-
tioni Romanæ, nostroque additæ
imperio, protestantur. Omnes ve-
ro populi legibus tam a nobis pro-
mulgatis, quam compositis re-
guntur.*

A

De